



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Reiffenstuel, Anaklet

Monachii, 1699

IV. De commodis Immunitatis Ecclesiasticæ, pœnísq[ue] eam violantium,
ac modo extrahendi Reos criminu[m] exceptorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206

QUÆSTIO IV.

De commodis Immunitatis Ecclesiastice, pœnisque eam
violantium, ac modo extrahendi Reos criminum
exceptorum.

42. **C**ONCL. I. Privilegia Asylorum, seu commoda Reorum ad Ecclesias confugientium, varia sunt. Nam I. Reus in Loco sacro nequit capi, aut vinculis constringi, multo minus per vim, seu invitus, ex eo extrahi; prout habetur c. ^{Commoda}
^{Reorum ad} Asyla fugientium. ^{c. entium.}
Diffinivit. 17. q. 4. ibi: Nullus andeat confugientes ad Ecclesiam, vel re- I. Reus ne-
sidentes inde abstrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, seu spoliij quit in-
residentibus in loco sancto inferre. Concordat c. Inter alia de Immu- de extrahi
nit Eccles. ibi: Non est violenter ab Ecclesia extrahendus; estque una- &c.
nimis Doctorum.

43. Quod si verò Reus sponte egrediatur (prout licet p. Quid, si ex-
test, etiam Rectoribus Ecclesiarum invitatis) Immunitas non vio- eat sponte ?
latur: quia nulla Ecclesiæ fit injuria, neque Reus inde violenter
extrahitur. Secùs dicendum, si Reus ad Asylum deserendum Aut factis
verbis dolosis, aut fictâ promissione Judicis impunitatem pro promissis
mittentis, inductus fuerit, ac postea capiatur: quia dolus hac in inductus ?
parte pro vi habetur. Pirhing tit. de Immunit. Eccles. num. 42.
post Azorium, Suarez, & Layman. Unde, qui verbis dolosis cir-
cumventus, atque præstata à Judice securitate, & impunitate Prin-
cipis, inductus exiit ex Asylo, is Ecclesiæ restituendus erit, aut Ju-
dex tenebitur ei servare fidem promissam de impunitate vita,
& membrorum. Barbosa loc. cit. n. 54. & alijs.

44. II. Reus, quamdiu est in Ecclesia, non potest per sententiâ I. Reus ne-
Judicis ad mortem, vel aliam pœnam corporalem condemnari; quiccon-
prout desumitur ex c. Reum. 17. q. 4. & c. Inter alia. de Immunit. Ec- demnati ad
cles. ibi: Nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, sed Rectores mortem, vel
Ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam: super hoc tamen, quod corporalem,
inique fecit, est alias legitimè puniendus: videlicet pecunialiter, vel a-
liâ satisfactione præter pœnam corporalem, ut explicat Glosa
v. puniendus, & sequitur Abbas ibidem, allegans communem Do-
ctorum. Addic Pirhing n. 47. & Layman loc. cit. c. 3. num. 13. post
Suarez, talen neque pœna servitatis, neque exili, neque trite-
rium multari posse; eò quod haec pœnae sint valde graves, atque
corporalibus æquivalentur, imò eorum quasdam excedant.

45. III. Nequit prohiberi, quo minus ad Reum necessarius ^{IL Nō pos-}
victus, & vestitus deferatur, text. clar. l. Prefanti. C. De his, qui ad ^{sunt ei pre-}
^{Dddd a} Eccle-

762 Tract. XII. De Immunitate Ecclesiastica, &c. Indulgencij. Disp. II.

Iliberi necessaria vi-
tis, & ve-
ritatis. Ecclesiastas configunt, ibi: Nec aliquando patimur, in ipsis Ecclesiis re-
rendis ita quemque detineri, atque constringi, ut ei aliquid virtualium re-
rum, aut vestis negetur, & requies. Et merito ita statutum est: nam

Potest tamē custodiri,
me aufugiat. impedire Reo necessarium viatum, foret aperta coactio, quia ipse
vel fame perire, vel exeundo se tradere cogeretur. Nihilominus
prohibitum non est, ponere custodias circa Ecclesiam, ne Reus li-
berè aufugiat: vel, ut capi possit, si sponte exierit, aut fugam
attentaverit. Layman ibidem cum communi.

46. IV. Rei ad Ecclesiastas configuentes recipiendi sunt, neque
inde repelli possunt, aut excludi. Nam Clerici, ac præsertim Re-
stori Ecclesiastarum, tenentur tueri jura Ecclesiæ, ipsiusque Immu-
nitatem; ergo hoc ipso non possunt Reos ad eam configuentes
excludere. Quinimodo, si profugus non habeat bona propria, unde

Unde su-
stantati de-
beat? sustentetur (nam si hæc adsint, ex ipsis ei alimenta præstari debent)
neque etiam à consanguineis, vel alijs necessaria vitæ habere pos-
sit; hæc per Ecclesiam, ut pote cuius tutelæ, & protectioni sese
commilit, eidem velut pauperi præstanda erunt: ne alioquin ine-
diā, & necessariorum in opere urgente, invitus abire, & sæculari
Prestati sese tradere cogatur. Abbas cit. c, Inter alia. de Immunit.
Ecclesiæ. Sylvester §. Immunitas. III. num. 5. & alij. Qui tamen ad-
dunt, debere ejusmodi Reum, si possit, in commodum Ecclesiæ
laborare: tum, ne Immunitas ipsi sit occasio otandi: tum, ut la-
bore recompenset alimenta sibi præstata.

47. V. Reus ad Ecclesiam fugiens nequit spoliari rebus bo-
nisque suis, quæ secum attulit in eam, arg. c. Diffinit. 17. q. 4. In-
rebus suis; tellige hoc de rebus proprijs Rei, non autem alienis, sive alteri
& quando obligatis, & in quorum detentione idem delinqueret, ut dictum
num. 18. Insuper, si Reus arma prohibita secum detulit, ea pote-
runt ipsi etiam intra Ecclesiam auferri: delinquit enim is, qui
fert arma legibus prohibita. Covarruvias cit. cap. 20, n. 18. Lay-
man. n. 13. & alij.

Violatio
Immunita-
tis, quale
peccatum? 48. CONCL. II. Per violationem Immunitatis Ecclesiasti-
cae, sive violentam Reorum ex Asylis Ecclesiasticis extractionem,
committitur gravissimum Sacrilegij peccatum. Patet hoc ex
c. Miror. & c. Frater. 17. q. 4. ibi: Qui admittere sacrilegium non dubita-
vit, & alibi. Accedit ratio: quia violenta talis extractio repugnat
sanctitati, & reverentia Locis sacris debitæ. Hinc S. Augustinus
Serm. 5. de Dedicat. Ecclesiæ. ejusmodi extractionem appellat, gran-
dem injuriam Religionis, & Divinitatis offensam.

49. CON-

49. CONCL. III. Præter alias pœnas in Jure statutas, violator Immunitatis Ecclesiasticæ olim excommunicari jubebatur, ^{Eius violatores incur-}
Sicut antiquitus. 17. q. 4. cum concordantij; quæ tamen continebant excommunicationem non latæ, sed primum ferendæ sententiæ. Verum hodie, sive spestatâ Bullâ Gregorianâ, dicta excommunicatione est latæ sententiæ; prout liquet ex verbis ejusdem Bullæ, §. 8. ibi: quod si quis quacunque dignitate, & authoritate preditus, contra hujus nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumperit, declaramus, eum ipso facto censuras, & penas eisdem incurtere. Bonaci-
na tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 8. n. 3. & alij.

50. Dicitur notanter, præter alias pœnas. Nam plures pœnas. Et alias
næ in istos Sacrilegos Jure statutæ sunt. Et quidem de Jure Civi-
li, tales censentur Rei criminis lœsæ Majestatis, ^{text. clar. L. 2. C.}
De his, qui ad Ecclesiam confugiunt. Imò & ultimo suppicio affici
jubentur, *I. Præsenti.* C. eod. quamvis hæc pœna non videatur amplius esse in usu. Insuper ipsi de Jure Canonico, præter poenitentiam publicam ab Episcopo injungendam, incurunt poenam pecuniariam nongentorum solidorum, *c. Si quis contumax.* 17. q. 4.
vel certè triginta librarum examinati argenti purissimi, *c. Quis-*
quis inventus. *ead.* 17. q. 4. pro qualitate delicti, & delinquentium conditione, Judicis arbitrio variandam, & Ecclesiæ lœsæ applicandam pro satisfactione.

51. Quæres, quid observandum circa extractionem Reorum, privilegio Asyli non gaudentium? Resp. Defactò quoad hoc est observanda Constitutio Gregorij XIV. quæ §. 3. & 4. ex-
actè tradit formam extrahendi Reos ex Asylo Ecclesiastico ob commissa crimina excepta. Et primò mandat Pontifex omnibus Ecclesiæ Prælatis, ut eos, qui aliquod ex criminibus ibidem exceptis judicio suo commissione videbuntur, quando à Curia seculari fuerint requisiti, Ministris, & Officialibus Curie secularis absque irregularitatis nota, aut alicujus censuræ Ecclesiastice incursu, tradi, & consignari current. Quibus verbis clarè innuitur, defactò non esse opus præviâ cautio-
ne, vel juramento, de impunitate vitæ & membrorum, Reo criminis excepti priùs obtinenda: quidquid olim secùs fuerit, *c.* Reum. & c. *Id constituumus.* 17. q. 4.

52. Deinde, ne Curia secularis Ministri abutantur facultate, sive de Jure communi, sive per specialia privilegia olim sibi concessâ, per se & propriâ authoritate extrahendi ejusmodi Reos; Pontifex dictam facultatem revocat, atque decernit, *ut Curia secularis, ejusque Judices & Officiales, ab Ecclesijs, Monasterijs, Locis que satis predictis, Laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem, in nullo ex causis*

Dddd 3

fibis

Observanda
circa extra-
ctionem Reo-
rum jure
Asylinou
gaudentiæ.

Hincque ut
absque li-
centia Epi-
scopi extra-
hi.

764 Tract. XII. De Immunitate Ecclesiastica, & Indalentis. Dist. II.
sibus supra dictis sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, & cum
intervenire persona Ecclesiastice ab eo authoritatem habentis, &c. capere, ex.

Limitatur
hoc.

Atque am-
plius decla-
ratur.

Alla negan-
do.

53. Subdit tamen Pontifex unicam limitationem, ejusque
cautelam, dicens: *Nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dicta Persona Ec-
clesiastice requisita, illos in delictis superius expressis culpabiles tradere; aut
capture & incarcerationi intervenire, & assistere recusaverint; tuncque re-
verentia Ecclesia, & locis sacris debita memores, predictos delinquentes, mi-
norū, quo id fieri poterit, cum scandalo & tumultu, extrahere carent.*
Hæc Pontifex.

54. Et hoc quidem, videlicet extractionem Rei absque ex-
pressa Episcopi licentia per Judices sacerdotes fieri non posse,
quantumvis de qualitate criminis excepti certò constet, post di-
ctam Constitutionem Gregorianam communiter tenetur (licet
Authores hanc antecedentes oppositum docuerint) & clarè de-
sumitur ex allegatis ejus verbis, utpote generaliter & indefinite lo-
quentibus. Quod si vero super qualitate criminis dubium emer-
serit, ejus cognitio (deducto prius Reo ad carceres Curia Eccle-
siastica, ibique debitè custodito) ad solum Judicem Ecclesiasti-
cum, id est, Episcopum, seu ab eo Deputatum pertinet: tum
quia hæc res est Ecclesiastica, adeò ut ejus violatores sacrilegum
committant. Tum præsertim, quia novissimè sic declaravit Gre-
gorius XIV. in sæpè cit. Bulla, §. 5. ibi: *Nisi cognito prius per Epi-
scopum, seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina superius expressa commis-
serint. Barbosa lib. 2. Juris Eccles. univ. cap. 3. n. 157. & alij.*

55. His addendum cum eodem Barbosa num. 168. & alijs,
quod non possit Episcopus delinquentes Curia Sacerdoti tradere,
nisi prius sibi de excepto delicto perpetrato constituerit plenè cer-
te & concludenter, non autem per indicia, & præsumptivè dun-
taxat. Item, quod Episcopus non teneatur stare Processui facto
à Laica Potestate: nam quod hæc aliqualem cognitionem per-
via iusti facti, pro informatione, an criminis commissio sit annexa
qualitas impeditiva juris Aſyli, possit instituere, haud negatur.
Et tandem, quod si dubium fuerit inter Doctores, an delictum
gaudeat Immunitate Ecclesiastica, nec ne, debeat Judex Eccle-
siasticus pro Reo judicare: nam Immunitas hæc, utpote ob re-
verentiam & favorem Ecclesiarum, aliorumque Locorum sacro-
rum principaliiter concessa, censetur esse materia favorabilis, si-
mulq; in dubio potius Reo favendum est, juxta Reg. 11. Juris in 6.
cum concordantijs.

DL